

pora homiomeria, i. similitum partium esse principia materialia: ut pote in infinitas partes carnis, & ossis, medullarum, & aliorum hmoi: quorum quaelibet pars est synonyma toti, i. conueniens cum toto in nomine & rone: hac enim dicuntur homiomeria, i. similitum partium, & hac positio magis manifesta fuit ab Arist. in Primo Phy. Sed Democritus & Leucip. dixerunt omnia corpora sensibilia esse poni ex quibusdam indiuisibilibus corporibus: quae quidem ponebant infinita multitudinem, & forma, & figura. Nam quaedam corpora indiuisibilia dicebant esse circula, quaedam aut quadrata, quaedam pyramidalia, & sic de alijs: ponebant tamen esse indifferentis naturae & speciei, contra id quod ponebat Anaxa. & tamen cum ista principia sint indifferentis naturae & speciei, alia corpora sensibilia differunt ab alijs secundum differentiam eorum ex quibus componuntur: non quidem secundum differentiam in specie naturae, sed secundum positionem & ordinem, prout, scilicet, diuersimode ordinantur & disponuntur in diuersis finibus prius & posterius, ante & retro, sursum & deorsum, dextrorsum & sinistrorsum. Tertio ibi, { Contraria autem. } Poni differentiam Anaxa. ab Emp. & dicit, quod isti contraria videntur dicere. Emp. enim dixit quod ignis, terra, aer, & aqua sunt magis simplicia quam caro & os, & talia corpora homiomeria, i. similitum partium, & hoc ideo, quia ponebat res fieri per congregationem ex elementis, ideo ista elementa quae congregantur ad compositionem appellabat simplicia. Sed Anaxa. ponebat os, & carnem, & similia corpora esse magis simplicia, elementa vero esse composita, & hoc ideo, quia ponebat res fieri per abstractionem a mixto: unde, cum videret quod ex aere, aqua, terra, & igne, omnia alia corpora generarentur, credidit quod in praedictis elementis seu corporibus esset maxima mixtura: ita quod ex his omnia alia extrahi possent, & hoc est quod subdit, quod dicebat ista quatuor corpora esse panspermata, i. vniuersalia femina aliarum omnium rerum: quasi praedicta quatuor corpora essent commista ex feminibus omnium aliorum corporum.

LECTIO. II.

Tam secundum ponentes unum, quam plura rerum principia arguitur aliud esse generationem ac corruptionem ab ipsa alteratione: specialiter tamen contra Empedoclis dicta insinuat.

VAT A B.

Igitur, qui ex uno omnia faciunt, generationem & corruptionem esse dicant alterationem esse necesse, nam subiectum ipsum semper idem atque unum manere dicant oportet: quod autem tale est, id dicimus alterari.

ANT.

His quod dicitur, quod ex vno omnia constituitur, necesse est dicere generationem, & corruptionem alterationem, semper enim manere subiectum vnum & idem: tale autem alterari dicimus.

Supra Arist. assignauit rationem, quare quidam antiqui Philosophi posuerunt generationem ab alteratione differre, quidam autem non, ex eo, quod quidam posuerunt vnum principium materiale, quidam autem multa, hanc rationem supra manifestauit quantum ad radicem, ostendens quod quidam Philosophi posuerunt multa principia: non ponentibus vnum principium absolutum est sermo quod plura, nunc autem intendit ipsam rationem secundum se manifestare. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ipsam rationem, secundo obijcit contra ea, ibi, { Necesse est autem. } Circa primum duo facit. Primo manifestat quantum ad ponentes vnum principium, secundum quantum ad ponentes plura principia, ibi, { His autem quod genera multa. } Dicit ergo primo, quod omnibus illis Philosophis, quod ex vno materiali principio ponunt omnia esse producta, necesse est dicere quod generatio & corruptio esse sit alteratio, illud enim principium materiale ponebat esse aliquod ens actu, puta ignem, vel aera, aut aquam, & ponebant quod illud esset substantia omnium, quae ex eo generantur: scilicet materia semper manet in his, quae ex materia sunt, ita ponebant quod illud subiectum semper manet vnum & idem: hoc autem

Simplicia secundum Anaxa. & Empedo.

dicimus alterari, quia manente substantia actu existentis, sit aliqua variatio circa formas, vnde sequitur, quod nulla talis mutatio esse possit, quae de generatio & corruptio, sed sola alteratio. Nos autem ponimus omnium generabilium & corruptibilium esse vnum subiectum: quod tamen non est ens actu, sed in potentia, & ideo ex eo quod accipit formam, per quam fit ens in actu, dicitur simpliciter generatio: & ex hoc, quod postquam est ens actu factum, suscipit aliam quamcumque formam, dicitur alteratio. Deinde cum dicit,

Subm gnerationis & alterationis quo sumendum.

VATA B.

Qui uero plura genera statuunt, a generatione alterationem differre censent necesse est. cum enim ea coeunt aut dissoluantur, generatio, corruptione fit. Quocirca & Empedocles ad hunc canit modum. Nullus est natura, sed ipsa mixtura, mistorumque prius diuisio sola. Pater igitur sermonem eorum suppositioni esse accommodatum, cum hoc pacto dicunt, ac eos ad hunc dicere modum.

His autem qui genera multa faciunt, differre generationem ab alteratione, coeuntibus, n. & dissolutionis, generatio contingit, & corruptio. Ideo dicit hoc modo Emp. quod natura nullus est, sed solam mixtura, & segregatio mistorum. Quia igitur prius hic sermo est eorum suppositio, ita loqui, manifestum est, & quomodo dicunt hoc modo.

ANT.

Manifestat praedictam rationem quantum ad ponentes plura principia, & dicit quod illis, quod faciunt multa genera principiorum materialium, de quibus est supra dictum, necesse est dicere, quod differat generatio ab alteratione, in quantum, n. illa coeunt in vnum, contingit secundum eos generatio, in quantum autem dissoluntur, contingit corruptio. Vnde Emp. dicit, quod natura, i. forma corporis compositi ex elementis, nullus elementorum est, neque, n. est de natura ignis, neque de natura aquae, vel aliorum elementorum, sed est solam mixtura, i. solam coeussit in natura quadam mixtura, & opposita priuatio coeussit in segregatione mistorum. Et, quod ex hoc aliquid generari quod accipit propriam naturam, ideo ponebat quod ex congregatione erat generatio, & ex segregatione corruptio, fieri alterationem autem ponebant per mista transpositionem, ut infra dicitur, quia igitur iste sermo est proprius suppositioni eorum, scilicet, quod ita loquantur, manifestum est, quod ita dicunt de praedicta generationis & alterationis, sicut dictum est. Deinde cum dicit,

Secundum Empedoclem, forma nullus elementum est, sed solam mixtura.

T. C. 55.

At necessarium est illis quoque est, ut alterationem dicant a generatione quippiam esse diuersum, fieri tamen haud quaquam potest, iuxta ea quae ab eis dicuntur. Quod autem hoc recte dicamus facile est perspicere, nam quiescente substantia, ut in ea mutationem in magnitudine, quae uocatur accretio & decretio, ita et alterationem fieri uidemus. Verum enim fieri nequit, ut alteratio fiat per ea, quae dicunt, qui plura uno principia faciunt, siquidem esse illis ipsis, iuxta quos id accidere dicimus, esse sint elementorum: quod genus sunt, caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, ariditas, humiditas, mollicies durities, & caetera aliae, uti & Empedo. ait: Alentem penitus Solem, calidumque uideri.

VATA B.

Asi Imbrem inter caelum & nigrum, simul atque nigentem, Similiter, & de reliquis quoque definit pronunciatque. Quare, si fieri nequeat ut ex igni oriatur aqua, aut ex aqua terra, neque profecto ex albo quicquam nigrum fiet, aut e molli durum, eadem, & de caeteris quoque ratio est: hoc autem est alteratio. An ne est perspicuum est, oportere semper contrariis ipsis unam subijcere materiam, siue loco, siue accretione, decrectione, siue alteratio mutatione fiat? Praeterea similiter & hoc alterationem esse est necesse. Etenim si alteratio sit, & subiectum est elementum unum, et Tho, de gen, A ij omnium